Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



non quando tempus ē iudicii. Non eñi possunt confundi
ista tempora. cū mīam et iudiciū cantet dño suo ecclā.
Tempus est age penitentiā. Tempore iudicii non illā habes
agere. eris in uirginibus illis contra quas clausū est ostium.
Dñe dñe aperi nobis. Nunquid ñ penitentiā egerunt quia
secū oleum ñ portauerunt. Et quid illis pfuit sera peniten
tia. quando eas irridebat uera sapientia. Clausum ē ergo
ostium. Et quid illis dictū est. Non noui uos. Non illas nouit.
qui omnia nouit. Quid ē ergo non noui uos. Impbo uos.
repbo uos. In arte mea ñ uos agnosco. ars mea nescit uitia.
Hoc ē aūt magnū. et nescit uitia et iudicat uitia. Nes
cit faciendo. iudicat arguendo. Sic ergo ñ noui uos. Ierunt.
intrauerunt quinq; prudentes. Quā multi estis frs mei
in nomine xpi. sint in uobis quinq; prudentes. Sed noli
te quinq; homines. Sint in uobis quinq; prudentes. ad
istam prudentiā quinarii numeri ptinentes. Ueniet
eñi hora. et quando nescimus ueniet. Media nocte ue
niet. uigilate. Sic clausit euglm. Uigilate. quia nescitis
diē neq; horā. Si ergo dormituri sumus. quomodo uigi
lamus. Corde uigila. fide uigila. spe uigila. caritate uigi
la. operibus uigila. et quando corpore dormieris. ueniet
tempus ut surgas. Cum aūt surrexeris ppara lampades.
tunc ñ extinguant. tunc interiore conscientie oleo
uegetentur. tunc sponsus ille incorporeis nexibus am
plectatur. tunc te introducat in domū ubi nunquam
dormias. ubi nunquā tua lampada possit extingui. Hodie
uero laboramus. et lampades nre interuentos scli huius